tua detegerent · Seraphia dixit · Ds̄ cuius ego an
cilla sum omnipotens est · & apud illum nihil inpossi
bile est · Praeses dixit · Igitur si apud illum dm̄ tuum
nihil est inpossibile · fac ut iuuenes illi ad se redeant
& loquantur · Seraphia respondit · Ut tu suspicaris
maleficia ego ignoro · sed oratio mihi est ad dm̄ meū
per quam praestet · non mihi tantum sed omnib · in uo
cantibus eum ex toto corde · Praeses dixit · quo
modo uis fac · tantum ut loquantur iuuenes · & tunc
uidebimus integritatem tuam · Seraphia respondit ·
Iam tibi dixi quia maleficia facere nescio · sed orare
& exorare dm̄ ut adiuuat · Praeses dixit · Perge igitur
ad locum ubi sunt iuuenes · & precare super eos dm̄ tuū ·
Seraphia respondit · Ut non alii fraudentur mira
culo · aut male sentiant sicut & tu · quid opus est
ut ego illuc uadam · Iube eos huc perduci in conspec
tu horum omnium · & iussit praeses perduci iuuenes ·
quos portantes manibus perduxerunt ad tribunal ·
& erant quasi numquam habuissent linguam · nec pe
des ad ambulandum · neq: manus ad palpandum · om
nib · enim membris erant omnino resoluti · Igitur
omnibus mirantibus · praeses dixit · Seraphia · prae
care nunc xp̄m tuum · super istorum sanitatem · Sc̄a
uero Seraphia · extendens ad caelum manus dixit ·
Dn̄e omnipotens ds̄ · qui fecisti caelum & terram
mare & omnia quae in eis sunt · qui per sc̄os apostolos
tuos · mortuos resuscitasti · leprosos mundasti · dae
mones fugasti · mutis linguam donasti · surdis audi
tum praestitisti · nunc precor exaudi me ancillam tuam
confidentem in te · & ne dissimules propter hunc infeli
cem & incredulum · sed releua iuuenes istos in con
spectu omnium expectantium te per meam oratione̅ ·
ad confusionem istius stulti qui insanit aduersum cre
dentes in te · accelera dn̄e · ut cognoscant quia tu es
ds̄ solus qui facis mirabilia · & non est alius praeter te ·
& accedens · tetigit iuuenes illos dicens · In nomine
dn̄i nostri ih̄u xp̄i · erigite uos in statu uestro · qui
mox ut audierunt exilierunt · & steterunt in pedib ·
suis · & coeperunt loqui · & cum haec uidisset populus

& miraretur · praeses dixit · Uideris quia non ad
implebat artem maleficii sui · nisi eos manib · per
palpasset · & ait praeses iuuenibus · quid faciendo
haec mulier dementes uos fecit · & resoluit · Iuue
nes dixerunt · Domine praeses · nos secundum prae
ceptum sublimitatis tuae · mox ad illam accederemus
ingressus est quidam iuuenis · decore mirae magnitu
dinis ualde · & totus splendebat sicut sol · & stetit
inter nos · & puellam hanc · & prae claritate illius ·
tremor & caligo · & defectio nos conprehendit · &
ex inde iam non habuimus sensum usq: modo · Cog
nosce autem domine praeses · quia haec puella aut
malefica est · aut uere ds̄ eius magnus est · Praeses
ad puellam dixit · Dic mihi Seraphia · genus male
ficiorum quibus artibus haec facis · & mox te dimit
tam · Seraphia respondit · Ego maleficia odi · sed
omnes qui xp̄iani sunt xp̄m nominantes · maleficia
ad nihilum redigent · & non ualebit nocere eos ·
Praeses dixit · Ecce iam nunc uideam si ualebit ars
tua · & si non sacrificaueris · caput tuum faciam in
cidi · Seraphia respondit · Fac quod uis · non sacrifico
daemoniis · nec facio uoluntatem patris tui satanae ·
quia xp̄iana sum · & iussit ei praeses apponi duas
lampadas ardentes · & cum applicatae fuissent lā
pades · mox extinctae sunt · & qui lampades tene
bant · ceciderunt retrorsum · Sc̄a autem Seraphia
eleuans oculos suos ad caelum · dicebat · Dn̄e ih̄u xp̄e ·
erubescant & conturbentur nimis omnes inimici
mei · auertantur retrorsum & confundantur
ualde uelociter · Praeses dixit · Sacrifica diis · ne
moriaris · Seraphia respondit · Ideo autem non
sacrifico daemoniis uestris · ne moriar morte uestra ·
Praeses dixit · Uiothanata & malefica · audi inpe
riale praeceptum · & sacrifica diis inmortalibus ·
& liberare de cruciatibus & morte · Seraphia re
spondit · Uiothanati & malefici uos estis · qui nega
tis dm̄ uiuum & uerum · & daemonia adorando · cum
ipsis pariter estis morituri · Do autem inmortali
ego me ipsam offero sacrificium · si me dignatur suis ·

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG · BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA · HESSEN · Staatliche Schlösser und Gärten Hessen · Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation · Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991

© Biblioteca Apostolica Vaticana

http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0231